



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri  
tres**

**Baptista <Mantuanus>**

**Dauentrie, 1515**

Tercia causa flagellorum ca.xiii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30534**

## Libet Secundus

nib<sup>9</sup> cōtra putrefactionē virtus inest. Sic nimiruz flagella diuina  
contra futurā culpaz singulari solēt esse remedia Hinc Paul<sup>9</sup>, et ne  
magnitudo inquit reuelationuz extollat me, dat<sup>9</sup> est mihi stimulus  
carnis meę spirit<sup>9</sup> sathanę q̄ me colaphizet, legisse me memini, locū  
nō memini, quendā viz sanctissimuz a dēmonio, qđ suis tūc merit<sup>9</sup>  
ab energumino quodam expulerat fuisse arreptū, et id pro remedio  
factuz a deo, ne scilicet tāte gratię miraculo elar<sup>9</sup> gratię statuz amitte-  
ret, quem habebat,

### ¶ Tertia causa flagellorum

### ¶ Ca. xij.

**S**Aepe numero de<sup>9</sup> profectui nrō semper intētus, sicut a qui  
la puocās pullos ad volādūz, vt nos alri<sup>9</sup> prouehat, terren<sup>9</sup>  
voluptatib<sup>9</sup> priuat, sic fit vt mēs q̄ in his humilibus terre bonis cib-  
buz nō inuenit, sublimis vt pascat ascēdit, et hęc cum plerisq; alijs  
sanctoz, tuz p̄cipuo diuo Hieronymo ad perfectionē via fuit Hiero-  
nym<sup>9</sup> eniz dū intēpesta nocte ad psalmodiā de more consurgeret,  
muliebz vestez ab emulis clā suppositaz, nihil tale suspicat<sup>9</sup> induit  
et in eo habitu dū strēnuus Christi miles in eccliam sine mora se p̄-  
ripit, choz cantātūz igressus, patuit cōtumelię nō vulgari, non tñ  
aio fract<sup>9</sup> nec victus a malo, sed vincēs in bono malū. Sapiētia em̄  
vincit maliciā, cū sancto Jacob, cessit ire, cessit insidijs, Hierosolimā  
prexit, heremū incoluit, testamēta trāstulit, et mirabilis vitę sancti-  
tate clar<sup>9</sup> nonagenari<sup>9</sup> obiit. Sic et nos solem<sup>9</sup> aliqñ euntez equum  
calcarib<sup>9</sup> vt celerius gradiat<sup>9</sup> vrgere, de hoc aut tentatiōis gñe Grego-  
gorius in Ezechielem loqns ait. Qđ flagellū grano, qđ formax auro  
qđ lima ferro, hoc facit tribulatio viro iusto, itez pcutimur in via,  
ne viā pro patria diligamus. Et itez, tolerādi ergo vbiq; sunt proxi-  
mi. qz Zibel fieri non p̄t, quez Chaim malicia nō exercet.

### ¶ Quarta causa flagelloz

### ¶ Ca. xiiij.

**O**atur etiā bonis aduersitas, vt ad alioz pfectuz p̄ eas tanq̄  
p̄ indicez magis eoz pateat integritas Ad qđ ostendendū  
duoz hoim clarissima p̄ferētur exēpla, Dabzaā: i. et Job eius con-

h j